

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Dan. Stalii Regulae Philosophicae explicatae & Orationes aliquot

Stahl, Daniel

Jenae, 1662

Regula IIX. Si affirmatio est causa affirmationis, etiam negatio est causa negationis & vice versa, si negatio est causa negationis, etiam affirmatio est causa affirmationis

urn:nbn:de:bsz:31-102400

necesse est, talem esse effectum, qualis est causa, idque probat argumentum secundum, quando quidem Deus est causa mundi & quivoca, quum ne ullius quidem rei causa univoca esse possit.

REGULA II.

Si affirmatio est causa affirmationis, etiam negatio est causa negationis, & vice versa si negatio est causa negationis, etiam affirmatio est causa affirmationis.

I. Proponuntur isthaec ab Aristotele I. *Post.* 1. 99. Obstat autem I. Quod affirmatio antecedentis est causa affirmationis consequentis, ut si aliquid est homo, licet inferre, quod sit animal; negatio tamen antecedentis non est causa, cur negetur consequens. Nam ex eo, quod aliquid non est homo, non licet inferre, id non esse animal. II. Obstat, quod, si aliquid non est animal, non respirat, nec tamen propterea, si aliquid est animal, respirat, ut patet in piscibus, & per consequens negatio aliquando est causa negationis, ut nihil omnino affirmatio non sit causa affirmationis.

II. Resp. distinguendo inter causam inferendi & effendi. Causa inferendi, hoc est, id ex quo aliquid per discursum inferitur & colligitur, non semper est causa effendi, h. e. cur illud ipsum sit; quemadmodum constat de effectu, ex quo inferimus causam, & sic est causa

inferre
causam.
causam
causam
ad prin
affirma
firmati
causa in
aliquid
esse ani
animal

III.

lere de
gatam ca
fed po
quid est
hinc, q
spirat;
non ce
rare. H
mentur

IV.

proxim
est cau
tio que
tatis; si
causa r
ejusdem
jetanus

inferendi causam, nec tamen est causâ essendi causâ. Aristoteles in hac Regulâ loquitur de causâ essendi; & de eâ valet, non autem de causâ inferendi. Et per hoc patet responsio ad primum argumentum, quia non semper affirmatio antecedentis est causa essendi affirmationis consequentis, sed sæpè tantum est causa inferendi: quemadmodum ex eô, quod aliquid est homo necessariò inferitur, ipsum esse animal; homo tamen non est causa essendi animalis.

III. Dicendum ulteriùs, Regulam non valere de causâ remotâ, quoniam ninurùm negatâ causâ remotâ negatur quidem effectus, sed positâ non ponitur: quemadmodum aliquid esse animal, est causa respirandi remota; hinc, quia planta non est animal, ideò non respirat; sed si affirmetur, aliquid esse animal, non continuò affirmandum est, ipsum respirare. Et per hoc jam responsum est ad argumentum secundum.

IV. Valet itaque Regula tantum in causâ proximâ, ut si debita qualitatum temperies est causâ sanitatis in corpore animalis, negatio quoq; ejusdem erit causâ negationis sanitatis; sicut & si negatio temperiei debita est causâ negationis sanitatis, affirmatio quoq; ejusdem erit causâ affirmationis sanitatis. Cajetanus & Zabarella *in textum cit. Arist.*